ἔγραψε μωσῆς ἐν τῷ νόμῳ, καὶ οἱ προφῆται,
inuenimus Iesum filium Ioseph illum à
εὑρήκαμεν ἰησοῦν τὸν υἱὸν τοῦ ἰωσὴφ τὸν ἀπὸ
Nazareth. Et dixit ei Nathanael: ♀ Ex
46 ναζαρέτ. καὶ εἶπεν αὐτῷ ναθαναὴλ, ἐκ
Nazareth potest aliquid ‖bonum esse? dicit ei
ναζαρὲτ δύναται τι ἀγαθὸν εἶναι; λέγει αὐτῷ
Philippus: Veni, & vide. Vidit Iesus
47 φίλιππος ἔρχου, καὶ ἴδε. εἶδεν ὁ ἰησοῦς τὸν
Nathanael venientem ad se, & dicit
ναθαναὴλ ἐρχόμενον πρὸς αὐτὸν, καὶ λέγει
de eo: Ecce verè Israelita, in quo do
περὶ αὐτοῦ, ἴδε ἀληθῶς ἰσραηλίτης, ἐν ᾧ δό-
lus non est. Dicit ei Nathanael: Vnde
48 λος οὐκ ἔστι. λέγει αὐτῷ ναθαναὴλ, πόθεν
me nosti? Respondit Iesus, & * dixit
με γινώσκεις; ἀπεκρίθη ὁ ἰησοῦς, καὶ εἶπεν

‖ suum

* In crastinum

♀ A

‖ boni

* dicit

‖ Priusquàm te Philippus vocaret, quū esses

éi: ‖ *Ante te Philippum vocare existentem*
αὐτῷ, πρὸ τοῦ σε φίλιππον φωνῆσαι ὄντα
sub ficu, vidi te. Respondit Natha-
ὑπὸ τὴν συκῆν, εἶδόν σε. ἀπεκρίθη ναθα- 49
nael, & ait ei: Rabbi: tu es filius Dei:
ναὴλ, καὶ λέγει αὐτῷ, ῥαββί, σὺ εἶ ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ·
tu es rex Israel. Respondit Ie-
σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τοῦ ἰσραήλ. ἀπεκρίθη ἰη- 50
sus, & dixit ei: Quia dixi tibi, Vidi te
σοῦς, καὶ εἶπεν αὐτῷ, ὅτι εἶπόν σοι, εἶδόν σε
sub ficu, credis? *maiora his
ὑπὸ συκῆς, πιστεύεις; μείζω τούτων
videbis. Et dicit ei: Amen, amen dico vo-
ὄψει. καὶ λέγει αὐτῷ, ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑ- 51
bis, Amodo videbitis cælum apertum, &
μῖν, ἀπ' ἄρτι ὄψεσθε τὸν οὐρανὸν ἀνεῳγότα, καὶ
angelos Dei ascendentes & descen-
τοὺς ἀγγέλους τοῦ θεοῦ ἀναβαίνοντας καὶ κατα-
dentes supra filium hominis.
βαίνοντας ὑπὲρ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου.

" maius

CAP. II. β'.

Et die tertia nuptiæ factæ sunt
Καὶ τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ γάμος ἐγένετο 1
in Cana Galilææ: & erat mater Ie-
ἐν κανᾷ τῆς γαλιλαίας· καὶ ἦν ἡ μήτηρ τοῦ ἰη-
su ibi. Vocatus est autem & Iesus &
σοῦ ἐκεῖ. ἐκλήθη δὲ καὶ ὁ ἰησοῦς καὶ οἱ 2
discipuli eius ad nuptias. Et deficien-
μαθηταὶ αὐτοῦ εἰς τὸν γάμον. καὶ ὑστερήσαν-
te vino dicit mater Iesu ad eum,
τος οἴνου, λέγει ἡ μήτηρ τοῦ ἰησοῦ πρὸς αὐτόν,
vinum nō habent. ‖ Dicit ei Iesus: Quid mi-
οἶνον οὐκ ἔχουσι. λέγει αὐτῇ ὁ ἰησοῦς, τί ἐ- 4
hi & tibi *mulier? nōdum venit horam a-
μοὶ καὶ σοὶ γύναι; οὔπω ἥκει ἡ ὥρα μου.
Dicit mater eius ministris: Quodcūq;
λέγει ἡ μήτηρ αὐτοῦ τοῖς διακόνοις, ὅτι ἂν

‖ Et

* est

dixerit vobis facite. Erant autē ibi hydriæ
6 λέγει ὑμῖν ποιήσατε. ἦσαν δὲ ἐκεῖ ὑδρίαι
lapideæ sex positæ secundum purificationem
λίθιναι ἕξ κείμεναι κατὰ τὸν καθαρισμὸν τῶν
Iudæorū, capiētes singulæ metretas ‖ duas vel * tres.
ἰουδαίων, χωροῦσαι ἀνὰ μετρητὰς δύο ἢ τρεῖς.
Dicit eis Iesus: Implete hydrias
7 λέγει αὐτοῖς ὁ ἰησοῦς, γεμίσατε τὰς ὑδρίας
aqua: & impleuerunt eas vsq; ad summū. Et
8 ὕδατος· καὶ ἐγέμισαν αὐτὰς ἕως ἄνω. καὶ
dicit eis ": Haurite nunc, & ferte ar-
λέγει αὐτοῖς, ἀντλήσατε νῦν, καὶ φέρετε τῷ ἀρ-
chitriclino: & tulerunt. Vt autem gustauit
9 χιτεικλίνῳ· καὶ ἠνέγκαν. ὡς δὲ ἐγεύσατο
architriclinus aquam vinum factam, &
ὁ ἀρχιτρίκλινος τὸ ὕδωρ οἶνον γεγενημένον, καὶ
nō sciebat vnde esset: at ministri * sciebant
οὐκ ἤδει πόθεν ἐστίν· οἱ δὲ διάκονοι ἠδεισαν οἱ
‖ hauricntes aquam: vocat sponsum ar-
† ἠντληκότες τὸ ὕδωρ· φωνεῖ † νυμφίον ὁ ἀρ
chitriclinus, Et dicit ei: Omnis homo
10 χιτείκλινος, καὶ λέγει αὐτῷ, πᾶς ἄνθρωπος
primùm bonum vinum ponit: & quū inebriati
πρῶτον † καλὸν οἶνον τίθησι, καὶ ὅταν † μεθυ-
fuerint, tunc * minus: tu " seruasti bonum
σθῶσι, τότε τὸν ἐλάσσω· σὺ τετήρηκας † καλὸν
vinum vsq, ‖ iam. Hoc fecit initium
11 οἶνον ἕως ἄρτι. ταύτην ἐποίησε † ἀρχὴν
signorum Iesus in Cana Galilææ,
τῶν σημείων ὁ ἰησοῦς ἐν κανᾷ † γαλιλαίας,
& manifestauit gloriam suam: & crediderunt
καὶ ἐφανέρωσε τὴν δόξαν αὐτοῦ· καὶ ἐπίστευσαν
in eum discipuli eius. Post hoc de-
12 εἰς αὐτὸν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ. μετὰ τοῦτο κα-
scendit in Capharnaum, ipse & mater eius,
τέβη εἰς καφαρναοὺμ, αὐτὸς καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ,
& fratres eius, & discipuli eius, & ibi
καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, καὶ ἐκεῖ
manserunt non multis diebus. Et propè
13 ἔμειναν οὐ πολλὰς ἡμέρας. καὶ ἐγγὺς

|| binas
* ternas.

" Iesus:

* autem

|| qui hauserant
† ἀντλάω

† μεθύω
* id quod deterius est:
" autem
|| adhuc.

erat Pascha Iudæorum, & ascendit in Hie-
λὼ τὸ πάσχα τῶν ἰουδαίων, καὶ ἀνέβη εἰς ἱε-
rosolymam Iesus. Et inuenit in templo
ροσόλυμα ὁ ἰησοῦς. καὶ εὗρεν ἐν τῷ ἱερῷ 14
vendentes boues, & oues, & colum-
τοὺς πωλοῦντας βόας, καὶ πρόβατα. καὶ περι-
bas, & numularios sedentes.
στερὰς, καὶ τοὺς κερματιστὰς καθημένους.
Et ‖ faciens flagellum " ex funiculis, omnes
καὶ ποιήσας φραγέλλιον ἐκ σχοινίων πάντας 15
eiecit " ex templo, & oues ‖ &
ἐξέβαλεν ἐκ τοῦ ἱεροῦ, τά τε πρόβατα καὶ
boues, & numulariorum effudit * mone.
τοὺς βοᾶς, καὶ τῶν κολλυβιστῶν ἐξέχεε τὸ κέρ-
tam, & mensas subuertit.
μα, καὶ τὰς τραπέζας ἀνέστρεψε.
Et ρ columbas ‖ vendentibus dixit:
καὶ τοῖς τὰς περιστερὰς πωλοῦσιν εἶπεν, 16
Auferte ista hinc: * ne facite do-
ἄρατε ταῦτα ἐντεῦθεν· μὴ ποιεῖτε τὸν οἶ-
mum Patris mei domum ϙ mercatus.
κον τοῦ πατρός μου οἶκον ἐμπορίου.
Recordati sunt verò discipuli eius quia
ἐμνήσθησαν δὲ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ὅτι 17
scriptum est, Zelus domus tuæ co-
γεγραμμένον ἐστὶν, ὁ ζῆλος τοῦ οἴκου σου κατα-
medit me. Responderunt ergo Iu-
φάγεταί με. ἀπεκρίθησαν οὖν οἱ ἰου- 18
dæi, & dixerunt ei: Quod signum ostendis
δαῖοι, καὶ εἶπον αὐτῷ, τί σημεῖον δεικνύεις
nobis, quia hæc facis? Respondit Ie-
ἡμῖν, ὅτι ταῦτα ποιεῖς. ἀπεκρίθη ὁ ἰη-
sus, & dixit eis: Soluite templū
σοῦς, καὶ εἶπεν αὐτοῖς, λύσατε τὸν ναὸν 19
hoc, & in tribus diebus excitabo illud.
τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν.
Dixerunt ergo Iudæi: Quadraginta
εἶπον οὖν οἱ ἰουδαῖοι, τεσσεράκοντα 20
& sex annis ædificatum est templum hoc, &
καὶ ἓξ ἔτεσιν ᾠκοδομήθη ὁ ναὸς οὗτος, καὶ

‖ quum fecisset quasi
" de
‖ quoque
* æs,

ρ his qui
‖ vendebant
* & nolite facere
ϙ negotiationis.

tu in tribus diebus excitabis illud? Il-
21 σὺ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερεῖς αὐτόν; ἐκεῖ-
le autē dicebat de templo corporis sui.
νος δὲ ἔλεγε περὶ τοῦ ναοῦ τοῦ σώματος αὐτοῦ.
Quū ergo resurrexisset à mortuis, recordati sūt
22 ὅτε οὖν ἠγέρθη ἐκ νεκρῶν, ἐμνήσθησαν οἱ
discipuli eius quia hoc dicebat eis: &
μαθηταὶ αὐτοῦ ὅτι τοῦτο ἔλεγεν αὐτοῖς· καὶ
crediderunt scripturæ, & sermoni, quē dixit
ἐπίστευσαν τῇ γραφῇ, καὶ τῷ λόγῳ, ὃν εἶπεν ὁ
Iesus. Qui autē esset in Hierosolymis in
23 Ἰησοῦς. ὡς δὲ ἦν ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ἐν
Pascha in || festo, multi crediderunt in
τῷ πάσχα ἐν τῇ ἑορτῇ, πολλοὶ ἐπίστευσαν εἰς
nomine eius, videntes eius signa
τὸ ὄνομα αὐτοῦ, θεωροῦντες αὐτοῦ τὰ σημεῖα
quæ faciebat. Ipse autem Iesus non credebat
24 ἃ ἐποίει. αὐτὸς δὲ ὁ Ἰησοῦς οὐκ ἐπίστευεν
semetipsum eis, * propter ipsum nosse
ἑαυτὸν αὐτοῖς, διὰ τὸ αὐτὸν γινώσκειν
omnes. Et quia non opus ″ haberet, vt quis
25 πάντας. καὶ ὅτι οὐ χρείαν εἶχεν, ἵνα τὶς
|| testaretur de homine: ipse enim scie-
μαρτυρήσῃ περὶ τοῦ ἀνθρώπου· αὐτὸς γὰρ ἐγί-
bat quid esset in homine.
νωσκε τί ἦν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ.

|| die.

* eo quòd ipse nosset

″ e at ei,

|| testimoniū perhiberet

CAP. III. γ'.

Erat autem homo ex Pharisæis, Ni-
1 Ἦν δὲ ἄνθρωπος ἐκ τῶν Φαρισαίων, Νι-
codemus * nomen ei, princeps Iudæorum.
κόδημος ὄνομα αὐτῷ, ἄρχων τῶν Ἰουδαίων.
Hic venit ad Iesum nocte, &
2 οὗτος ἦλθε πρὸς τὸν Ἰησοῦν νυκτὸς, καὶ
dixit ei: Rabbi, scimus quia à Deo
εἶπεν αὐτῷ, ῥαββί, οἴδαμεν ὅτι ἀπὸ θεοῦ
venisti Magister: nemo enim hæc
ἐλήλυθας διδάσκαλος· οὐδεὶς γὰρ ταῦτα

* nomine,

|| nisi signa poteſt facere, quæ tu facis, || ſi
τὰ σημεῖα δύνατα ποιεῖν, ἃ σὺ ποιεῖς, ἐὰν
non fuerit Deus cum eo. Reſpondit Ie-
μὴ ᾖ ὁ θεὸς μετ' αὐτοῦ. ἀπεκρίθη ὁ ἰη-
ſus, & dixit ei: Amen amen dico tibi,
σοῦς καὶ εἶπεν αὐτῷ, ἀμὴν ἀμὴν λέγω σοι,
* niſi * ſi non quis natus fuerit de ſuperiori, non poteſt vi-
" denuo, ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἄνωθεν, οὐ δύνατα ἰ-
dere regnum Dei. Dicit ad
δεῖν τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ. λέγει πρὸς 4
eum Nicodemus: Quomodo poteſt homo
αὐτὸν ὁ νικόδημος, πῶς δύνατα ἄνθρωπος
|| quum ſit renaſci || ſenex exiſtens? " num poteſt in
" numquid γεννηθῆναι γέρων ὤν; μὴ δύνατα εἰς τὴν
* iteratò ventrem matris ſuæ * ſecundò introire,
κοιλίαν τῆς μητρὸς αὐτοῦ δεύτερον εἰσελθεῖν,
& renaſci? Reſpondit Ieſus: Amen
καὶ γεννηθῆναι; ἀπεκρίθη ὁ ἰησοῦς, ἀμὴν 5
amen dico tibi, || ſi non quis " natus fuerit ex a-
|| niſi ἀμὴν λέγω σοι, ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἐξ ὕ-
" renatus qua & ſpiritu, non poteſt introire in
δατος καὶ πνεύματος, οὐ δύνατα εἰς ἐλθεῖν εἰς
* Quod eſt regnum Dei. * Natum
τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ. τὸ γεγεννημένον 6
" quod eſt ex carne, caro eſt: & " natum ex
ἐκ τῆς σαρκὸς, σάρξ ἐστι· καὶ τὸ γεγεννημένον ἐκ
ſpiritu, ſpiritus eſt. Non mire-
τοῦ πνεύματος, πνεῦμά ἐστι. μὴ θαυμά- 7
|| denuo. ris quia dixi tibi, Oportet vos naſci || de ſu-
σῃς ὅτι εἶπόν σοι, δεῖ ὑμᾶς γεννηθῆναι ἄνω-
per. Spiritus vbi vult ſpirat, &
θεν. τὸ πνεῦμα ὅπου θέλει πνεῖ, καὶ τὴν 8
vocem eius audis, ſed * non noſti vnde
* neſcis φωνὴν αὐτοῦ ἀκούεις, ἀλλ' οὐκ οἶδας πόθεν
" aut veniat, " & quò vadat: ſic eſt omnis
ἔρχεται, καὶ ποῦ ὑπάγει· οὕτως ἐστὶ πᾶς ὁ
|| qui eſt || natus ex ſpiritu. Reſpondit
γεγεννημένος ἐκ τοῦ πνεύματος. ἀπεκρίθη 9
Nicodemus, & dixit ei, Quomodo poſſunt hæc
νικόδημος καὶ εἶπεν αὐτῷ, πῶς δύνα) ταῦτα

fieri? Respondit Iesus, & dixit ei:
10 γνέσθαι; ἀπεκρίθη ὁ ἰησοῦς, καὶ εἶπεν αὐτῷ.
Tu es Magister || Israel, & hæc * non
σὺ εἶ ὁ διδάσκαλος τοῦ ἰσραὴλ, καὶ ταῦτα οὐ
noscis? Amen amen dico tibi, quia quod
11 γινώσκεις; ἀμὴν ἀμὴν λέγω σοι, ὅτι ὃ
scimus loquimur, & quod vidimus te-
οἴδαμεν λαλοῦμεν, καὶ ὃ ἑωράκαμεν μαρ-
stamur, & testimonium nostrum nō ac-
τυροῦμεν, καὶ τὴν μαρτυρίαν ἡμῶν οὐ λαμ-
cipitis. Si terrena dixi vobis, & non
12 βάνετε. εἰ τὰ ἐπίγεια εἶπον ὑμῖν, καὶ οὐ
creditis, quomodo si dixero vobis cæle-
πιστεύετε, πῶς ἐὰν εἴπω ὑμῖν τὰ ἐπουράνια, credetis? Et nemo ascendit
13 νια, πιστεύσετε; καὶ οὐδεὶς ἀναβέβηκεν
in cælum, ? *si non ille* ex cælo de-
εἰς τὸν οὐρανὸν, εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ κα-
scendens, filius hominis || *existens* in cælo.
ταβάς, ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ὁ ὢν ἐν τῷ οὐρανῷ.
Et sicut Moyses exaltauit serpentē in
14 καὶ καθὼς μωσῆς ὕψωσε τὸν ὄφιν ἐν τῇ
deserto, ita exaltari oportet filium ho-
ἐρήμῳ, οὕτως ὑψωθῆναι δεῖ τὸν υἱὸν τοῦ ἀν-
minis: Vt omnis * *credens* in ipsum non
15 θρώπου· ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν μὴ
pereat, sed habeat vitam æternam. Sic
16 ἀπόληται, ἀλλ' ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον. οὕτω
enim dilexit Deus mundum, vt filium
γὰρ ἠγάπησεν ὁ θεὸς τὸν κόσμον, ὥστε τὸν υἱὸν
suum *illū* vnigenitum daret, vt omnis * *credens*
αὐτοῦ τὸν μονογενῆ ἔδωκεν, ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων
in eum non pereat, sed habeat vitam
εἰς αὐτὸν μὴ ἀπόληται, ἀλλ' ἔχῃ ζωὴν
æternam. Non enim misit Deus filium
17 αἰώνιον. οὐ γὰρ ἀπέστειλεν ὁ θεὸς τὸν υἱὸν
suum in mundum, vt iudicet mundum:
αὐτοῦ εἰς τὸν κόσμον, ἵνα κρίνῃ τὸν κόσμον·
sed vt saluetur mundus per ipsum.
ἀλλ' ἵνα σωθῇ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ.

|| in
* ignoras?

? nisi qui descendit de
|| qui est

* qui credit

|| Qui credit

|| credit,

* qui malè agit,

|| Qui autem facit

|| fuerat

|| autem

|| *Credens* in eum, non iudicatur: qui autē
ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν, οὐ κρίνεται. ὁ δὲ 18
non || *credens*, iam iudicatus est, quia non credidit
μὴ πιστεύων, ἤδη κέκριται· ὅτι μὴ πεπίστευκεν
in nomine vnigeniti filij Dei.
εἰς τὸ ὄνομα τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ θεοῦ.
Hoc autem est iudicium: quia lux ve-
αὕτη δέ ἐστιν ἡ κρίσις, ὅτι τὸ φῶς ἐλή- 19
nit in mundum, & dilexerunt homi-
λυθεν εἰς τὸν κόσμον, καὶ ἠγάπησαν οἱ ἄνθρω-
nes magis tenebras quàm lucē, erāt enim ma-
πποι μᾶλλον τὸ σκότος, ἢ τὸ φῶς· ἦν γὰρ πονη-
la eorum opera: Omnis enim * *malè a-*
ρὰ αὐτῶν τὰ ἔργα. πᾶς γὰρ ὁ φαῦλα πράσ- 20
gens, odit lucem, & non venit ad lucem,
σων, μισεῖ τὸ φῶς, καὶ οὐκ ἔρχεται πρὸς τὸ φῶς,
vt non arguantur opera eius. || *At faciens*
ἵνα μὴ ἐλεγχθῇ τὰ ἔργα αὐτοῦ. ὁ δὲ ποιῶν 21
veritatem, venit ad lucem, vt mani-
τὴν ἀλήθειαν, ἔρχεται πρὸς τὸ φῶς, ἵνα φανε-
festentur eius opera, quia in Deo sunt fa-
ρωθῇ αὐτοῦ τὰ ἔργα· ὅτι ἐν θεῷ ἐστιν εἰργασ-
cta. Post hæc venit Iesus & di-
μένα. Μετὰ ταῦτα ἦλθεν ὁ ἰησοῦς καὶ οἱ μα- 22
scipuli eius in Iudæam terram, & illic mora-
θηταὶ αὐτοῦ εἰς τὴν ἰουδαίαν γῆν, καὶ ἐκεῖ διέ-
batur cum eis, & baptizabat. Erat autē &
τριβε μετ' αὐτῶν, καὶ ἐβάπτιζεν. ἦν δὲ καὶ 23
Ioannes baptizans in Ænon iuxta Salim,
ἰωάννης βαπτίζων ἐν αἰνὼν ἐγγὺς τοῦ σαλείμ,
quia aquæ multæ erāt illic: & venibant, &
ὅτι ὕδατα πολλὰ ἦν ἐκεῖ, καὶ παρεγίνοντο, καὶ
baptizabantur. Nondū enim || *erat* missus in
ἐβαπτίζοντο. οὔπω γὰρ ἦν βεβλημένος εἰς 24
carcerem Ioannes. Facta est || *ergo* quæ-
τὴν φυλακὴν ὁ ἰωάννης. ἐγένετο οὖν ζή- 25
stio ex discipulis Ioannis cum Iudæis
τησις ἐκ τῶν μαθητῶν ἰωάννου μετὰ ἰουδαίων
de purificatione. Et venerunt ad Ioan-
περὶ καθαρισμοῦ. καὶ ἦλθον πρὸς ἰωάν- 26

nem,

nem, & dixerunt
νην, καὶ εἶπον αὐ
Iordanem, cu
τοῦ ἰορδάνου, ὃ
baptizat, & on
βαπτίζει, καὶ πά
Respondit
27 ἀπεκρίθη
homo acci
ἄνθρωπος λαμβ
tum ei de
28 μόνον αὐτῷ ὅτι
mihi || *testamini*, q
μοι μαρτυρεῖτε
stus, sed quia
τος, ἀλλ' ὅτι ἀ
illum. || *A*
29 ἐκείνου. ὁ
est: *at* amicus
ἐστὶν ὁ φίλος τ
eum, gaudio gau
αὐτῷ, χαρᾷ χα
si. hoc ergo
φίου. αὕτη οὖν
Illum oport
30 ἐκεῖνον δεῖ
* *Superne*
31 ὁ ἄνωθεν ἐρ
|| *existens* de terra,
ὁ ὢν ἐκ τῆς γῆς,
loquitur: * de
λαλεῖ. ὁ ἐκ τοῦ
omnes est.
32 πάντων ἐστί.
hoc testatur,
τοῦτο μαρτυρεῖ. κ
accipit.
33 λαμβάνει.
nium, signauit
εἶναι, ἐσφράγισ

nem, & dixerunt ei: Rabbi, qui erat tecum trans
νλω, καὶ εἶπον αὐτῷ, ῥαββὶ ὃς ἦν μετὰ σοῦ πέραν
Iordanem, cui tu || teſtatus es, ecce hic
τοῦ ἰορδάνου, ᾧ σὺ μεμαρτύρηκας, ἴδε οὗτος
baptizat, & omnes veniunt ad eum.
βαπτίζει, καὶ πάντες ἔρχονται πρὸς αὐτόν.
Reſpondit Ioannes, & dixit: Non poteſt
27 ἀπεκρίθη ἰωάννης καὶ εἶπεν, οὐ δύναται
homo accipere * nihil, ſi non fuerit da-
ἄνθρωπος λαμβάνειν οὐδὲν, ἐὰν μὴ ᾖ δεδο-
tum ei de cœlo. Ipſi vos
28 μένον αὐτῷ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ. αὐτοὶ ὑμεῖς
mihi " teſtamini, quòd dixerim, Non ſum ego Chri-
μοι μαρτυρεῖτε, ὅτι εἶπον, οὐκ εἰμὶ ἐγὼ ὁ χρι-
ſtus, ſed quia miſſus ſum ante
στὸς, ἀλλ' ὅτι ἀπεσταλμένος εἰμὶ ἔμπροσθεν
illum. || Habens ſponſam, ſponſus
29 ἐκείνου. ὁ ἔχων τὴν νύμφην, νυμφίος
eſt: at amicus * ſponſi " ſtans & audiens
ἐστὶν ὁ δὲ φίλος τοῦ νυμφίου ὁ ἑστηκὼς καὶ ἀκούων
eum, gaudio gaudet propter vocem ſpon-
αὐτοῦ, χαρᾷ χαίρει διὰ τὴν φωνὴν τοῦ νυμ-
ſi. hoc ergo gaudium meum impletum eſt.
φίου. αὕτη οὖν ἡ χαρὰ ἡ ἐμὴ πεπλήρωται.
Illum oportet creſcere, me autem minui.
30 ἐκεῖνον δεῖ αὐξάνειν, ἐμὲ δὲ ἐλαττοῦσθαι.
* Superne veniens, ſuper omnes eſt:
31 ὁ ἄνωθεν ἐρχόμενος, ἐπάνω πάντων ἐστί.
|| exiſtens de terra, de terra eſt, & de terra
ὁ ὢν ἐκ τῆς γῆς, ἐκ τῆς γῆς ἐστι, καὶ ἐκ τῆς γῆς
loquitur: * de cœlo " veniens, ſuper
λαλεῖ. ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἐρχόμενος, ἐπάνω
omnes eſt. Et quod vidit & audiuit,
32 πάντων ἐστί. καὶ ὃ ἑώρακε καὶ ἤκουσε,
hoc teſtatur, & teſtimonium eius nemo
τοῦτο μαρτυρεῖ. καὶ τὴν μαρτυρίαν αὐτοῦ οὐδεὶς
accipit. ϟ Accipiens eius teſtimo-
33 λαμβάνει. ὁ λαβὼν αὐτοῦ τὴν μαρτυ-
nium, ſignauit quia Deus verax eſt.
ρίαν, ἐσφράγισεν ὅτι ὁ θεὸς ἀληθής ἐστιν.

] teſtimonium perhibuiſti,

* quicquam, niſi

" teſtimonium perhibetis,

|| Qui habet

* autem

" qui ſtat, & audit

* qui deſurſum venit,

|| qui eſt

* qui

" venit,

ϟ qui accepit

Quē enim misit Deus, verba
ὃν γὰρ ἀπέστειλεν ὁ θεὸς, τὰ ῥήματα τοῦ 34
Dei loquitur: nō enim ‖ *ex mensura* dat Deus
θεοῦ λαλεῖ· οὐ γὰρ ἐκ μέτρου δίδωσιν ὁ θεὸς
spiritum. Pater diligit filium, &
τὸ πνεῦμα. ὁ πατὴρ ἀγαπᾷ τὸν υἱὸν, καὶ 35
omnia dedit in manu eius. * Cre-
πάντα δέδωκεν ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ. ὁ πι- 36
dens in filium, habet vitam æternam: ' qui
στεύων εἰς τὸν υἱὸν, ἔχει ζωὴν αἰώνιον· ὁ δὲ
nō persuasibilis filio, non videbit vitam, sed
ἀπειθῶν τῷ υἱῷ, οὐκ ὄψεται ζωὴν, ἀλλ'
ira Dei manet super ipsum.
ἡ ὀργὴ τοῦ θεοῦ μένει ἐπ' αὐτόν.

‖ ad mensuram

* Qui credit

' qui autem incredulus est

CAP. IV. δ'.

Vt ergo cognouit ‖ *Dominus* quia audierunt
Ὡς οὖν ἔγνω ὁ κύριος ὅτι ἤκουσαν οἱ 1
Pharisæi quòd Iesus plures discipulos facit
φαρισαῖοι ὅτι ἰησοῦς πλείονας μαθητὰς ποιεῖ
& baptizat quàm Ioannes: (Quamquam Iesus
καὶ βαπτίζει ἢ ἰωάννης· (καίτοιγε ἰησοῦς 2
ipse non baptizaret, sed discipuli eius.)
αὐτὸς οὐκ ἐβάπτιζεν, ἀλλ' οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ.)
Reliquit Iudæam, & abiit iterum
ἀφῆκε τὴν ἰουδαίαν, καὶ ἀπῆλθε πάλιν 3
in Galilæam. Oportebat autē eū transi-
εἰς τὴν γαλιλαίαν. ἔδει δὲ αὐτὸν διέρ- 4
re per Samariam. Venit ergo in
χεσθαι διὰ τῆς σαμαρείας. ἔρχεται οὖν εἰς 5
ciuitatem Samariæ, * *dictam* Sichar, iux-
πόλιν τῆς σαμαρείας, λεγομένην συχὰρ, πλη-
ta prædium quod dedit Iacob Ioseph
σίον τοῦ χωρίου ὃ ἔδωκεν ἰακὼβ ἰωσὴφ τῷ
filio suo. Erat autem ibi fons Iacob.
υἱῷ αὐτοῦ. ἦν δὲ ἐκεῖ πηγὴ τοῦ ἰακώβ. ὁ 6
ergo Iesus fatigatus ex itinere,
οὖν ἰησοῦς κεκοπιακὼς ἐκ τῆς ὁδοιπορίας,

‖ Iesus

* quæ dicitur

sedebat sic supra fontē: hora* erat quasi
ἐκαθέζετο οὕτως ὁπὶ τῇ πηγῇ· ὥρα ἦν ὡσεὶ
sexta. Venit mulier de Samaria
7 ἕκτη. ἔρχεται γυνὴ ἐκ τῆς σαμαρείας
haurire aquam, dicit ei Iesus: Da mihi
ἀντλῆσαι ὕδωρ. λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς, δός μοι
bibere. Nam discipuli ‖ eius abie-
8 πεῖν. οἱ γὰρ μαθηταὶ αὐτοῦ † ἀπεληλυ-
rant in ciuitatem, vt cibos emerent.
θεισαν εἰς τὴν πόλιν, ἵνα τροφὰς ἀγοράσωσι.
Dicit ergo ei mulier illa Samaritana,
9 λέγει οὖν αὐτῷ ἡ γυνὴ ἡ σαμαρεῖτις,
Quomodo tu Iudæus *existēs*, à me bibere poscis
πῶς σὺ ἰουδαῖος ὢν παρ' ἐμοῦ πεῖν αἰτεῖς
existente muliere Samaritana? non enim con-
οὖσης γυναικὸς σαμαρείτιδος; οὐ γὰρ συγ-
tuntur Iudæi Samaritanis. Respondit
10 χρῶνται ἰουδαῖοι σαμαρείταις. ἀπεκρίθη
Iesus, & dixit ei: Si scires donum
ἰησοῦς, καὶ εἶπεν αὐτῇ, εἰ ἤδεις τὴν δωρεὰν τοῦ
Dei, & quis est " *dicens* tibi, Da mihi bibere,
θεοῦ, καὶ τίς ἐστιν ὁ λέγων σοι, δός μοι πεῖν,
tu ‖ *vtiq*; petisses * *illum*, & dedisset *vtiq*; tibi a-
σὺ ἂν ἤτησας αὐτὸν, καὶ ἔδωκεν ἂν σοι ὕ-
quam viuam. Dicit ei mulier: Domine, neq:
11 δωρ ζῶν. λέγει αὐτῷ ἡ γυνὴ, κύριε, οὔτε
" *haustorium* habes, & puteus est ‖ *profundus*: vn-
ἀντλημα ἔχεις, καὶ τὸ φρέαρ ἐστὶ βαθύ· πό-
de ergo habes aquam viuam? * *Num* tu
12 θεν οὖν ἔχεις τὸ ὕδωρ τὸ ζῶν; μὴ σὺ
maior es patre nostro Iacob, qui dedit
μείζων εἶ τοῦ πατρὸς ἡμῶν ἰακώβ, ὃς ἔδωκεν
nobis puteum, & ipse ex eo bibit, &
ἡμῖν τὸ φρέαρ, καὶ αὐτὸς ἐξ αὐτοῦ ἔπιε, καὶ
filij eius, & pecora eius?
οἱ υἱοὶ αὐτοῦ, καὶ τὰ θρέμματα αὐτοῦ;
Respondit Iesus, & dixit ei: Omnis
13 ἀπεκρίθη ὁ ἰησοῦς, καὶ εἶπεν αὐτῇ, πᾶς ὁ
qibrem ex aqua hac, sitiet iterum.
πίνων ἐκ τοῦ ὕδατος τούτου, διψήσει πάλιν.

* autem

‖ enim
† ἀπέρχομαι

" quum sis,

*, quæ sum mulier

" qui dicit

‖ forsitan
* ab eo,

" in quo haurias
‖ altus:
* Numquid

q qui bibit

Qui autem biberit ex aqua quam ego da-
ὃς δ' ἂν πίῃ ἐκ τοῦ ὕδατος οὗ ἐγὼ δώ- 14
bo ei, non sitiet in æternum, sed
σω αὐτῷ, οὐ μὴ διψήσῃ εἰς τὸν αἰῶνα, ἀλλὰ
‖ego aqua quam‖dabo ei, fiet in eo
τὸ ὕδωρ ὃ δώσω αὐτῷ, γενήσεται ἐν αὐτῷ
fons aquæ salientis in vitam æternam.
πηγὴ ὕδατος ἁλλομένου εἰς ζωὴν αἰώνιον.
Dicit ad eum mulier: Domine, da mihi
λέγει πρὸς αὐτὸν ἡ γυνή, κύριε, δός μοι 15
hanc aquam, vt non sitiam, neque veniam
τοῦτο τὸ ὕδωρ, ἵνα μὴ διψῶ, μηδὲ ἔρχωμαι
huc haurire. Dicit ei Iesus:
ἐνθάδε ἀντλεῖν. λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς, 16
Vade, voca virum tuum, & veni
ὕπαγε, φώνησον τὸν ἄνδρα σου, καὶ ἐλθὲ
huc. Respondit mulier, & dixit: Non
ἐνθάδε. ἀπεκρίθη ἡ γυνή, καὶ εἶπεν, οὐκ 17
habeo virum. dicit ei Iesus: *Pulchrè dixisti,
ἔχω ἄνδρα. λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς, καλῶς εἶπας,
Quia virum nō habeo. Quinque enim viros
ὅτι ἄνδρα οὐκ ἔχω· πέντε γὰρ ἄνδρας 18
habuisti: & nunc quē habes, non est tuus vir:
ἔσχες, καὶ νῦν ὃν ἔχεις, οὐκ ἔστι σου ἀνήρ·
hoc verè dixisti. Dicit ei mulier:
τοῦτο ἀληθὲς εἴρηκας. λέγει αὐτῷ ἡ γυνή, 19
Domine, video quia propheta es tu. Pa-
κύριε, θεωρῶ ὅτι προφήτης εἶ σύ. οἱ πα- 20
tres nostri in monte hoc adorauerunt, & vos dicitis quia in Hierosolymis est
τέρες ἡμῶν ἐν τῷ ὄρει τούτῳ προσεκύνη-
σαν, καὶ ὑμεῖς λέγετε ὅτι ἐν Ἱεροσολύμοις ἐστὶν
locus, vbi oportet adorare. Dicit ei
ὁ τόπος, ὅπου δεῖ προσκυνεῖν. λέγει αὐτῇ 21
Iesus: Mulier, crede mihi, quia venit ho-
ὁ Ἰησοῦς. γύναι, πίστευσόν μοι, ὅτι ἔρχεται ὥ-
ra quando neq; in monte hoc, neque in Hie-
ρα ὅτε οὔτε ἐν τῷ ὄρει τούτῳ, οὔτε ἐν Ἱε-
rosolymis adorabitis Patrem.
ροσολύμοις προσκυνήσετε τῷ πατρί.

* Iene

Vos

Vos adoratis quod ‖ nō nostis: nos
22 ὑμεῖς προσκυνεῖτε ὃ οὐκ οἴδατε· ἡμεῖς
adoramus quod scimus: quia salus ex
προσκυνοῦμεν ὃ οἴδαμεν· ὅτι ἡ σωτηρία ἐκ
Iudæis est. Sed venit hora &
23 τῶν Ἰουδαίων ἐστίν. ἀλλ' ἔρχεται ὥρα καὶ
nunc est, quando veri adoratores ad-
νῦν ἐστιν, ὅτε οἱ ἀληθινοὶ προσκυνηταὶ προσ-
orabunt Patrem in spiritu & veri-
κυνήσουσι τῷ πατρὶ ἐν πνεύματι καὶ ἀλη-
tate: * etenim Pater tales quærit ″ ada-
θείᾳ· καὶ γὰρ ὁ πατὴρ τοιούτους ζητεῖ τοὺς προσκυ-
rantes eum. Spiritus ‖ Deus, &
24 νοῦντας αὐτόν. πνεῦμα ὁ θεός, καὶ τοὺς
* adorantes eum, in spiritu & veri-
προσκυνοῦντας αὐτὸν, ἐν πνεύματι καὶ ἀλη-
tate oportet adorare. Dicit ei mu-
25 θείᾳ δεῖ προσκυνεῖν. λέγει αὐτῷ ἡ γυ-
ller: Scio quia Messias venit, ″ dictus
νή· οἶδα ὅτι μεσσίας ἔρχεται ὁ λεγόμενος Χ-
Christus: quum * venerit ille, annunciabit no-
ριστός· ὅταν ἔλθῃ ἐκεῖνος, ἀναγγελεῖ ἡμῖν
bis omnia. Dicit ei Iesus: Ego
26 πάντα. λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς, ἐγώ
sum, ‖ loquens tibi. Et * super hoc venerunt
27 εἰμι, ὁ λαλῶν σοι. καὶ ἐπὶ τούτῳ ἦλθον
discipuli eius, & mirabantur quia cum
οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, καὶ ἐθαύμαζον ὅτι μετὰ
muliere loquebantur: nemo tamen dixit, Quid
γυναικὸς ἐλάλει· οὐδεὶς μέντοι εἶπε, τί
quæris? aut quid loqueris cum ea? Reliquit
28 ζητεῖς; ἢ, τί λαλεῖς μετ' αὐτῆς; ἀφῆκεν
ergo hydriam suam mulier, & abiit
οὖν τὴν ὑδρίαν αὐτῆς ἡ γυνὴ, καὶ ἀπῆλθεν
in ciuitatem, & dicit ϙ hominibus:
εἰς τὴν πόλιν, καὶ λέγει τοῖς ἀνθρώποις,
Venite, videte hominē qui dixit mihi omnia
29 δεῦτε, ἴδετε ἄνθρωπον ὃς εἶπέ μοι πάντα
quæcumq; feci. numquid ipse est Christus?
ὅσα ἐποίησα. μήτι οὗτός ἐστιν ὁ χριστός;

‖ nescitis:

* Nam &
″ qui adorent
‖ est
* eos qui adorant
″ qui dicitur
* ergo
‖ qui loquor tecum.
* continuò
ϙ illis
‖ &

Exierunt ergo de ciuitate, & veniebãt
ἐξῆλθον οὖν ἐκ τῆς πόλεως, καὶ ἤρχοντο 30
ad eum. ‖ In verò inter rogabant
πρὸς αὐτόν. ἐν δὲ τῷ μεταξὺ ἠρώτων 31
eum discipuli eius, dicentes, Rabbi, man-
αὐτὸν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, λέγοντες, ῥαββεί, φά-
duca. Ille autẽ dixit eis: Ego cibum habeo
γε. ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς, ἐγὼ βρῶσιν ἔχω 32
mãducare, quẽ vos non nostis. Dicebãt ergo
φαγεῖν, ἣν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε. ἔλεγον οὖν 33
discipuli ad inuicem: Nũ aliquis attulit
οἱ μαθηταὶ πρὸς ἀλλήλους, μή τις ἤνεγκεν
ei manducare? Dicit eis Iesus: Meus
αὐτῷ φαγεῖν; λέγει αὐτοῖς ὁ ἰησοῦς, ἐμὸν 34
cibus est, vt faciam voluntatem ‖ mitten-
βρῶμά ἐστιν, ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαν-
tis me, & perficiam eius opus: Nonne
τός με, καὶ τελειώσω αὐτοῦ τὸ ἔργον. οὐχ 35
vos dicitis, Quòd adhuc quadrimestre est, &
ὑμεῖς λέγετε, ὅτι ἔτι τετράμηνός ἐστι, καὶ ὁ
messis venit? ecce dico vobis, Leuate
θερισμὸς ἔρχεται, ἰδοὺ λέγω ὑμῖν, ἐπάρατε
oculos vestros, & videte regio-
τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν, καὶ θεάσασθε τὰς χώ-
nes, quia albæ sunt ad messem iam.
ρας, ὅτι λευκαί εἰσι πρὸς θερισμὸν ἤδη.
Et ρ metens mercedem accipit, & con-
καὶ ὁ θερίζων μισθὸν λαμβάνει, καὶ συν- 36
gregat fructum in vitam æternam, vt &
άγει καρπὸν εἰς ζωὴν αἰώνιον, ἵνα καὶ ὁ
*seminans simul gaudeat & ‖ metens. In enim
σπείρων ὁμοῦ χαίρῃ καὶ ὁ θερίζων. ἐν γὰρ 37
hoc verbum est verum, Quia alius
τούτῳ ὁ λόγος ἐστὶν ὁ ἀληθινός, ὅτι ἄλλος
est ' seminans, & alius * metens. Ego
ἐστὶν ὁ σπείρων, καὶ ἄλλος ὁ θερίζων. ἐγὼ 38
misi vos metere quod non vos la-
ἀπέστειλα ὑμᾶς θερίζειν ὃ οὐχ ὑμεῖς κε-
borastis: alij laborauerunt, & vos in
κοπιάκατε· ἄλλοι κεκοπιάκασι, καὶ ὑμεῖς εἰς

‖ Interea

* nescitis.

" Numquid

‖ eius qui misit

* vt

' quatuor menses sunt,

ρ qui metit

* qui seminat

‖ qui metit.

' qui seminat,

* qui metit.

‖ labo-

‖ laborem eorum
39 τὸν κόπον αὐτῶν
ciuitate illa m
πόλεως ἐκείνης π
Samaritanorum
τῶν σαμαρειτῶν
ris ρ testantis, Qu
κὸς μαρτυρούσης
feci. Quum
40 ἐποίησα. ὡς
Samaritani, roga
σαμαρεῖται, ἠρ
eos: & mansit
41 αὐτοῖς· καὶ ἔμεινεν
multò plures cre
πολλῷ πλείοις ὅτ
sermonẽ eius. Et
42 λόγον αὐτοῦ· τοῖ
‖ amplius propter tu
ἔτι διὰ τὸν σ
enim audiuimus,
γὰρ ἀκηκόαμεν, κ
verè saluator
43 ἀληθῶς ὁ σωτὴρ
autem duos dies
δὲ τὰς δύο ἡμέρ
abiit in
44 ἀπῆλθεν εἰς τὴν
Iesus ' testatus est
ἰησοῦς ἐμαρτύρησ
pria patria honor
45 ἰδίᾳ πατρίδι τιμ
venisset in Ga
ἦλθεν εἰς τὴν γα
Galilæi, ‖ omnia
γαλιλαῖοι, πάντα
Hierosolymis in
ἱεροσολύμοις ἐν τ
rant ad " festu
46 δον εἰς τὴν ἑορτ

|| *laborem* eorum introistis. Ex autem
39 τὸν κόπον αὐτῶν εἰσεληλύθατε. ἐκ δὲ τῆς
ciuitate illa multi crediderunt in eum
πόλεως ἐκείνης πολλοὶ ἐπίστευσαν εἰς αὐτὸν
Samaritanorum, propter verbum mulie-
τῶν σαμαρειτῶν, διὰ τὸν λόγον τῆς γυναι-
ris ρ *testantis*, Quia dixit mihi omnia quæcũq;
κὸς μαρτυρούσης, ὅτι εἶπέ μοι πάντα ὅσα
feci. Quum ergo venissent ad illum
40 ἐποίησα. ὡς οὖν ἦλθον πρὸς αὐτὸν οἱ
Samaritani, rogauerunt eum * *manere apud*
σαμαρεῖται, ἠρώτων αὐτὸν μεῖναι παρ'
eos: & mansit ibi duos dies. Et
41 αὐτοῖς· καὶ ἔμεινεν ἐκεῖ δύο ἡμέρας. καὶ
multò plures crediderunt in eum propter
πολλῷ πλείοις ἐπίστευσαν εἰς αὐτὸν διὰ τὸν
sermonẽ eius. Et mulieri dicebant, Quia non
42 λόγον αὐτοῦ· τῇ τε γυναικὶ ἔλεγον, ὅτι οὐκ
‖ *amplius* propter tuã loquelam credimus: ipsi
ἔτι διὰ τὴν σὴν λαλιὰν πιστεύομεν· αὐτοὶ
enim audiuimus, & scimus quia hic est
γὰρ ἀκηκόαμεν, καὶ οἴδαμεν ὅτι οὗτός ἐστιν
verè saluator mundi *Christus*. Post
43 ἀληθῶς ὁ σωτὴρ τοῦ κόσμου ὁ χριστός. μετὰ
autem duos dies exiit indè, &
δὲ τὰς δύο ἡμέρας ἐξῆλθεν ἐκεῖθεν, καὶ
abiit in Galilæam. Ipse enim
44 ἀπῆλθεν εἰς τὴν γαλιλαίαν. αὐτὸς γὰρ ὁ
Iesus ' *testatus est*, quia propheta in * *pro-*
Ἰησοῦς ἐμαρτύρησεν, ὅτι προφήτης ἐν τῇ ἰδίᾳ
pria patria honorem non habet. Quum ergo
45 πατρίδι τιμὴν οὐκ ἔχει. ὅτε οὖν
venisset in Galilæam, exceperunt eum
ἦλθεν εἰς τὴν γαλιλαίαν, ἐδέξαντο αὐτὸν οἱ
Galilæi, ‖ omnia *intuiti* quæ fecerat *in*
γαλιλαῖοι, πάντα ἑωρακότες, ἃ ἐποίησεν ἐν
Hierosolymis in * festo: & ipsi enim vene-
Ἱεροσολύμοις ἐν τῇ ἑορτῇ· καὶ αὐτοὶ γὰρ ἦλ-
rant ad " festum. Venit ergo *Iesus*
46 θον εἰς τὴν ἑορτήν. ἦλθεν οὖν ὁ Ἰησοῦς

‖ labores

ρ testimoniũ perhibentis,

* vt ibi maneret:

‖ iam

' testimoniũ perhibuit,
* sua

‖ quum vidissent

* die

" diem.

iterum

iterum in Cana Galilææ, vbi fe-
πάλιν εἰς τὴν κανὰ τ Γαλιλαίας, ὅπου ἐποίη-
cit aquam vinum. & erat quidã regulus, cuius
σε τὸ ὕδωρ οἶνον. καὶ ἦν τις βασιλικὸς, οὗ ὁ
filius infirmabatur in Capharnaũ. Hic audiens
υἱὸς ἠσθένει ἐν καφαρναούμ. οὗτος ἀκούσας 47
quia Iesus aduenisset ex Iudæa in Ga-
ὅτι ἰησοῦς ἥκει ἐκ τῆς ἰουδαίας εἰς τὴν γα-
lilæam, abiit ad eum, & rogabat eum
λιλαίαν, ἀπῆλθε πρὸς αὐτὸν, καὶ ἠρώτα αὐτὸν
vt descenderet, & sanaret ″ ipsum filium:
ἵνα καταβῇ, καὶ ἰάσηται αὐτοῦ τὸν υἱόν·
futurus erat enim mori. Dixit ergo
ἤμελλε γὰρ ἀποθνήσκειν. εἶπεν οὖν ὁ 48
Iesus ad eum: || si non signa & prodigia
ἰησοῦς πρὸς αὐτὸν, ἐὰν μὴ σημεῖα καὶ τέρατα
videritis, non * credetis. Dicit ad eum
ἴδητε, οὐ μὴ πιστεύσητε. λέγει πρὸς αὐτὸν 49
regulus: Domine, descende ″ ante me
ὁ βασιλικὸς, κύριε, κατάβηθι πρὶν ἀποθα-
ri puerum meum. Dicit ei Iesus:
νεῖν τὸ παιδίον μου. λέγει αὐτῷ ὁ ἰησοῦς, 50
Vade, filius tuus viuit & credidit ho-
πορεύου· ὁ υἱός σου ζῇ. καὶ ἐπίστευσεν ὁ ἄν-
mo sermoni quem dixit ei Iesus, &
θρωπος τῷ λόγῳ ᾧ εἶπεν αὐτῷ ὁ ἰησοῦς, καὶ
ibat. Iam autem eo descendente,
ἐπορεύετο. ἤδη δὲ αὐτοῦ καταβαίνοντος, 51
serui eius occurrerunt ei, & nuncia-
οἱ δοῦλοι αὐτοῦ ἀπήντησαν αὐτῷ, καὶ ἀπήγ-
uerunt, dicentes, Quia ρ puer tuus viuit. Inter-
γειλαν, λέγοντες, ὅτι ὁ παῖς σου ζῇ. ἐπύ- 52
rogabat ergo ab eis horam in qua me-
θετο οὖν παρ' αὐτῶν τὴν ὥραν ἐν ᾗ κομψό-
lius habuerit: & dixerũt ei, Quia heri ho. ã septi-
τερον ἔσχε· καὶ εἶπον αὐτῷ, ὅτι χθὲς ὥραν ἑβδό-
mam reliquit eum febris. Cognouit ergo
μην ἀφῆκεν αὐτὸν ὁ πυρετός. ἔγνω οὖν 53
pater quia in illa hora ×, in qua dixit
ὁ πατὴρ ὅτι ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ, ἐν ᾗ εἶπεν

‖ quum audisset
* à
″ eius
″ incipiebat
‖ Nisi
* creditis.
″ prius quàm moriatur filius meus.
ρ filius eius viueret.
× erat,

ei Iesus, Quia filius tuus viuit: & credidit
αὐτῷ ὁ ἰησοῦς ὅτι ὁ υἱός σου ζῇ. καὶ ἐπίστευσεν
ipse & domus eius tota. Hoc iterum
54 αὐτὸς καὶ ἡ οἰκία αὐτοῦ ὅλη. τοῦτο πάλιν
secundum signum fecit Iesus *veniens* ‖ quum venisset.
δεύτερον σημεῖον ἐποίησεν ὁ ἰησοῦς ἐλθὼν
ex Iudæa in Galilæam.
ἐκ τῆς ἰουδαίας εἰς τὴν γαλιλαίαν.

CAP. V. ε'.

Post hæc erat *festum Iudæorum, & * dies festus.
1 Μετὰ ταῦτα ἦν ἑορτὴ τῶν ἰουδαίων, καὶ
ascendit Iesus in Hierosolymam. Est autē in
2 ἀνέβη ὁ ἰησοῦς εἰς ἱεροσόλυμα. ἔστι δὲ ἐν
Hierosolymis super Probatica pisci-
τοῖς ἱεροσολύμοις ὑπὲρ τῇ προβατικῇ κολυμ-
na " cognominata Hebraicè ‖ Bethesda, quin- " quæ cognominatur
βήθρα ἡ ἐπιλεγομένη ἑβραϊστὶ βηθεσδὰ, πέν- ‖ Bethsaida,
que porticus habens. In his iacebat
3 τε στοὰς ἔχουσα. ἐν ταύταις κατέκειτο
multitudo *multa languentium, cæcorum, * magna
πλῆθος πολὺ τῶν ἀσθενούντων, τυφλῶν,
claudorū, aridorum, expectantium aquæ
χωλῶν, ξηρῶν, ἐκδεχομένων τὴν τοῦ ὕδατος
motum. Angelus *enim* secundū tēpus descē- ' autem Domini
4 κίνησιν. ἄγγελος γὰρ κατὰ καιρὸν κατε- ‖ mouebatur
debat in piscinam, & ‖ *turbabat* aqua: & qui
βαινεν ἐν τῇ κολυμβήθρᾳ, καὶ ἐταράττε τὸ prior descē-
aquam: igitur *primus descendens* post motio- disset in pi-
ὕδωρ· ὁ οὖν πρῶτος ἐμβὰς μετὰ τὴν ταρα- scinam
nem aquæ, sanus fiebat *quo tandem de- * à quacum-
χὴν τοῦ ὕδατος ὑγιὴς ἐγίνετο, ὥ δήποτε κα- que
tinebatur " *morbo.* Erat autē quidam homo " infirmita-
κεῖτο νοσήματι. ἦν δέ τις ἄνθρωπος te.
ibi triginta ‖ octo annos habens in infirmi- ‖ &
ἐκεῖ τριάκοντα ὀκτὼ ἔτη ἔχων ἐν τῇ ἀσθε- * sua.
tate *. Hunc " *videns* Iesus iacentem, ' quum vi-
6 νείᾳ. τοῦτον ἰδὼν ὁ ἰησοῦς κατακείμενον, disset.

|| cognouisset

& ||cognoscens quia multũ iam tẽpus haberet, dicit
καὶ γνοὺς ὅτι πολλὰ ἤδη χρόνον ἔχει, λέγει
ei: Vis sanus fieri? Respondit
αὐτῷ, θέλεις ὑγιὴς γενέσθαι; ἀπεκρίθη 7
ei languidus: Domine, hominem non habeo,
αὐτῷ ὁ ἀσθενῶν, κύριε, ἄνθρωπον οὐκ ἔχω,
vt quum turbata fuerit aqua, mittat me in
ἵνα ὅταν ταραχθῇ τὸ ὕδωρ, βάλλῃ με εἰς
piscinam: * in quo autem venio ego,
τὴν κολυμβήθραν· ἐν ᾧ δὲ ἔρχομαι ἐγὼ,
alius ante me descendit. Dicit ei
ἄλλος πρὸ ἐμοῦ καταβαίνει. λέγει αὐτῷ 8
Iesus: ¶ Excitare, tolle grabatum tuum, &
ὁ ἰησοῦς, ἔγειραι, ἆρον τὸν κράββατόν σου, καὶ
ambula. Et statim factus est sanus ille ho-
περιπάτει. καὶ εὐθέως ἐγένετο ὑγιὴς ὁ ἄν- 9
mo: & sustulit grabatum suum, & am-
θρωπος, καὶ ἦρε τὸν κράββατον αὐτοῦ, καὶ πε-
bulabat. erat autem sabbatum in illo
ριεπάτει. ἦν δὲ σάββατον ἐν ἐκείνῃ τῇ
die. Dicebant ergo Iudæi || en-
ἡμέρᾳ. ἔλεγον οὖν οἱ ἰουδαῖοι τῷ τεθερα- 10
rato, Sabbatum est, non licet tibi tollere
πευμένῳ, σάββατόν ἐστιν· οὐκ ἔξεστί σοι ἆραι
grabatum ". Respondit eis, || Fa-
τὸν κράββατον. ἀπεκρίθη αὐτοῖς, ὁ ποιή- 11
ciens me sanum, ille mihi dixit, Tolle gra-
σας με ὑγιῆ, ἐκεῖνός μοι εἶπεν, ἆρον τὸν κρά-
batum tuum, & ambula. Interrogauerũt ergo
βατόν σου, καὶ περιπάτει. ἠρώτησαν οὖν 12
eum, Quis est ille homo * dicens tibi, Tolle
αὐτὸν, τίς ἐστιν ὁ ἄνθρωπος ὁ εἰπών σοι, ἆρον
grabatum tuum, & ambula? ¶ At sa-
τὸν κράββατόν σου, καὶ περιπάτει; ὁ δὲ ἰα- 13
natus non sciebat quis esset: nam Iesus * declina-
θεὶς οὐκ ἤδει τίς ἐστιν· ὁ γὰρ ἰησοῦς † ἐξένευ-
uit || turba * existente in loco. Postea
σεν ὄχλου ὄντος ἐν τῷ τόπῳ. μετὰ ταῦτα 14
inuenit eum Iesus in tempio, & dixit
εὑρίσκει αὐτὸν ὁ ἰησοῦς ἐν τῷ ἱερῷ, καὶ εἶπεν

* dum enim

¶ Surge,

|| illi qui sanatus fuerat,

" tuum.

|| Qui fecit

* qui dixit

¶ Is autẽ qui sanus fuerat effectus, nesciebat

* enim

† ἐκνεύω

|| à

* constituta

illi: Ecce sanus factus es: ‖ne amplius pecca, ‖ iam noli
ἀυτῷ, ἴδε ὑγιὴς γέγονας· μηκέτι ἁμάρτανε, peccare, ne
vt non deterius aliquid tibi * fiat. Abiit * contingat.
15 ἵνα μὴ χεῖρόν τί σοι γένηται. ἀπῆλθεν
ille homo, & nunciauit Iudæis, Quia
ὁ ἄνθρωπος, καὶ ἀπήγγειλε τοῖς ἰουδαίοις, ὅτι
Iesus esset ¶ *faciens* eum sanum. Et propter ¶ qui fecit
16 ἰησοῦς ἐστιν ὁ ποιήσας αὐτὸν ὑγιῆ. καὶ διὰ
‖hoc persequebantur Iesum Iudæi, & quære- ‖ ea
τοῦτο ἐδίωκον τὸν ἰησοῦν οἱ ἰουδαῖοι, καὶ ἐζή-
bant eum occidere, quia hæc faciebat in
τουν αὐτὸν ἀποκτεῖναι, ὅτι ταῦτα ἐποίει ἐν
sabbato. At Iesus ″ respondit eis, ″ autem
17 σαββάτῳ. ὁ δὲ ἰησοῦς ἀπεκρίνατο αὐτοῖς,
Pater meus vsque modò operatur, & ego o-
ὁ πατήρ μου ἕως ἄρτι ἐργάζεται, κἀγὼ ἐρ-
peror. Propter * *hoc* ergo magis quære- * ea
18 γάζομαι. διὰ τοῦτο οὖν μᾶλλον ἐζή-
bant eum Iudæi interficere, quia non
τουν αὐτὸν οἱ ἰουδαῖοι ἀποκτεῖναι, ὅτι οὐ
solùm soluebat sabbatum, sed & patrem
μόνον † ἔλυε τὸ σάββατον, ἀλλὰ καὶ πατέρα † λύω
″ *proprii* dicebat Deũ, æqualem *seipsum* faciens ″ suum
ἴδιον ἔλεγε τὸν θεὸν, ἴσον ἑαυτὸν ποιῶν τῷ
Deo. Respondit iraque Iesus, & dixit
19 θεῷ. ἀπεκρίνατο οὖν ὁ ἰησοῦς, καὶ εἶπεν
illis: Amen amen dico vobis, Non potest
αὐτοῖς, ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐ δύναται
filius facere à *seipso* * *nihil*, *si* nõ quod vide- * quicquam, nisi
ὁ υἱὸς ποιεῖν ἀφ' ἑαυτοῦ οὐδὲν, ἐὰν μή τι βλέ-
rit patrem facientem: quæcũq; enim ille
πῃ τὸν πατέρα ποιοῦντα. ἃ γὰρ ἂν ἐκεῖνος
fecerit, hæc & filius similiter facit. Nam ¶ enim
20 ποιῇ, ταῦτα καὶ ὁ υἱὸς ὁμοίως ποιεῖ. ὁ γὰρ
pater ¶ diligit filium, & omnia demonstrat ei
πατὴρ φιλεῖ τὸν υἱὸν, καὶ πάντα δείκνυσιν αὐτῷ
quæ ipse facit, & maiora his demonstrabit
ἃ αὐτὸς ποιεῖ, καὶ μείζονα τούτων δείξει
ei opera, vt vos miremini.
αὐτῷ ἔργα, ἵνα ὑμεῖς θαυμάζητε.

Sicut enim pater ſuſcitat mortuos, &
ὥσπερ γὰρ ὁ πατὴρ ἐγείρει τοὺς νεκροὺς, καὶ 21
viuificat, ſic & filius quos vult viuificat.
ζωοποιεῖ, οὕτω καὶ ὁ υἱὸς οὓς θέλει ζωοποιεῖ.
|| quemquam Neque enim pater iudicat *neminem*, ſed
οὐδὲ γὰρ ὁ πατὴρ κρίνει οὐδένα, ἀλλὰ τὴν 22
iudicium omne dedit filio. Vt omnes
κρίσιν πᾶσαν δέδωκε τῷ υἱῷ. ἵνα πάντες 23
honorificent filium ſicut honorificant pa-
τιμῶσι τὸν υἱὸν καθὼς τιμῶσι τὸν πα-
trem. * Qui "non" *honorificans* filium, nõ honorificat pa-
τέρα. ὁ μὴ τιμῶν τὸν υἱὸν, οὐ τιμᾷ τὸν πα-
|| qui miſit trem || *mittentem* illum. Amen am n
τέρα τὸν πέμψαντα αὐτόν. ἀμὴν ἀμὴν 24
* qui "audit, & credit ei qui miſit dico vobis, quia * verbum meum *audiens, &*
λέγω ὑμῖν, ὅτι ὁ τὸν λόγον μου ἀκούων, καὶ
credens *mittenti* me, habet vitam æter-
πιστεύων τῷ πέμψαντί με, ἔχει ζωὴν αἰώ-
q transiet à nam, & in iudicium non venit, ſed q *transi-*
νιον, καὶ εἰς κρίσιν οὐκ ἔρχεται, ἀλλὰ μεταβέ-
uit ex morte in vitam. Amen
βηκεν ἐκ τοῦ θανάτου εἰς τὴν ζωήν. ἀμὴν 25
amen dico vobis, quia venit hora, & nunc
ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι ἔρχεται ὥρα, καὶ νῦν
eſt, quando mortui audient vocem
ἐστὶν, ὅτε οἱ νεκροὶ ἀκούσουσι τῆς φωνῆς τοῦ
filij Dei, & * *audientes* viuent.
υἱοῦ τοῦ θεοῦ, καὶ οἱ ἀκούσαντες ζήσονται.
* qui audierint Sicut enim pater habet vitã in ſemetipſo,
ὥσπερ γὰρ ὁ πατὴρ ἔχει ζωὴν ἐν ἑαυτῷ, 26
ſic dedit & filio vitã habere in ſemetipſo,
οὕτως ἔδωκε καὶ τῷ υἱῷ ζωὴν ἔχειν ἐν ἑαυτῷ.
Et poteſtatem dedit ei etiam iudiciũ
καὶ ἐξουσίαν ἔδωκεν αὐτῷ καὶ κρίσιν 27
facere, quia filius hominis eſt. * Ne mira-
ποιεῖν, ὅτι υἱὸς ἀνθρώπου ἐστί. μὴ θαυμά- 28
mini hoc, quia venit hora, in qua omnes qui in
ζετε τοῦτο, ὅτι ἔρχεται ὥρα, ἐν ᾗ πάντες οἱ ἐν
monumentis * audient vocem eius,
τοῖς μνημείοις ἀκούσουσι τῆς φωνῆς αὐτοῦ.

Et pro-

Et procedent qui bona q*facien-*
29 καὶ ἐκπορεύσονται οἱ τὰ ἀγαθὰ ποιήσαν-
tes, in resurrectionem vitæ: qui verò mala
τες, εἰς ἀνάστασιν ζωῆς· οἱ δὲ τὰ φαῦλα
||*agentes*, in resurrectionem iudicij.
πράξαντες, εἰς ἀνάστασιν κρίσεως.
Non possum ego facere à meipso "*ni-*
30 οὐ δύναμαι ἐγὼ ποιεῖν ἀπ' ἐμαυτοῦ οὐ-
hil: sicut audio, iudico, & iudicium meum
δέν. καθὼς ἀκούω, κρίνω, καὶ ἡ κρίσις ἡ ἐμὴ
iustum est: quia non quæro voluntatem
δικαία ἐστίν· ὅτι οὐ ζητῶ τὸ θέλημα τὸ
meam, sed voluntatem **mittentis* me
ἐμόν, ἀλλὰ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με
Patris. Si ego q*testor* de meipso,
31 πατρός. ἐὰν ἐγὼ μαρτυρῶ περὶ ἐμαυτοῦ,
testimonium meum non est verum. Alius est
32 ἡ μαρτυρία μου οὐκ ἀληθής. ἄλλος ἐστὶν
**testans* de me, & scio quia verum est
ὁ μαρτυρῶν περὶ ἐμοῦ, καὶ οἶδα ὅτι ἀληθής ἐστιν
testimonium quod *testatur* de me.
ἡ μαρτυρία ἣν μαρτυρεῖ περὶ ἐμοῦ.
Vos misistis ad Ioannem, & "*te-*
33 ὑμεῖς ἀπεστάλκατε πρὸς Ἰωάννην, καὶ με-
status est veritati. Ego autem non ab
34 μαρτύρηκε τῇ ἀληθείᾳ. ἐγὼ δὲ οὐ παρ'
homine testimonium accipio:
ἀνθρώπου τὴν μαρτυρίαν λαμβάνω·
sed hæc dico, vt vos **sa*lui*eminini*,
ἀλλὰ ταῦτα λέγω, ἵνα ὑμεῖς σωθῆτε.
Ille erat lucerna ardens, &
35 ἐκεῖνος ἦν ὁ λύχνος ὁ καιόμενος, καὶ
lucens: Vos autem voluistis exul-
φαίνων· ὑμεῖς δὲ ἠθελήσατε ἀγαλλιά-
tare ad horam in luce eius. Ego
36 σθῆναι πρὸς ὥραν ἐν τῷ φωτὶ αὐτοῦ. ἐγὼ
autem habeo testimonium maius Ioan-
δὲ ἔχω τὴν μαρτυρίαν μείζω τοῦ Ἰωάν-
ne: *nam* opera ||quæ dedit mihi pater
νου· τὰ γὰρ ἔργα ἃ ἔδωκέ μοι ὁ πατὴρ

ρ fecerunt,

||egerunt,

"quicquam:

*eius qui misit

q testimoniũ perhibeo

|| qui testimonium perhibet

" perhibet

" testimoniũ perhibuit

*salui fiatis.

||enim

vt perficiam ea, ipsa opera quæ
ἵνα τελειώσω αὐτά, αὐτὰ τὰ ἔργα ἃ
ego facio testantur de me quia pater
ἐγὼ ποιῶ, μαρτυρεῖ περὶ ἐμοῦ ὅτι ὁ πατήρ
me misit. Et mittens me pater,
με ἀπέσταλκε. καὶ ὁ πέμψας με πατὴρ 37
ipse testatus est de me: neque vocem
αὐτὸς μεμαρτύρηκε περὶ ἐμοῦ· οὔτε φωνὴν
eius audistis vnquam, neque speciem eius
αὐτοῦ ἀκηκόατε πώποτε, οὔτε εἶδος αὐτοῦ
vidistis: Et verbum eius non habetis ma-
ἑωράκατε· καὶ τὸν λόγον αὐτοῦ οὐκ ἔχετε μέ- 38
nens in vobis: quia quem misit ille, huic
νοντα ἐν ὑμῖν· ὅτι ὃν ἀπέστειλεν ἐκεῖνος, τού-
vos non creditis. Scrutamini scri-
τῳ ὑμεῖς οὐ πιστεύετε. ἐρευνᾶτε τὰς γρα- 39
pturas, quia vos putatis in ipsis vitam æter-
φάς, ὅτι ὑμεῖς δοκεῖτε ἐν αὐταῖς ζωὴν αἰώ-
nam habere, & illæ sunt testantes
νιον ἔχειν, καὶ ἐκεῖναί εἰσιν αἱ μαρτυροῦσαι
de me. Et non vultis venire ad me, vt
περὶ ἐμοῦ. καὶ οὐ θέλετε ἐλθεῖν πρός με, ἵ- 40
viram habeatis. Gloriam ab hominibus non
να ζωὴν ἔχητε. δόξαν παρὰ ἀνθρώπων οὐ 41
accipio. Sed cognoui vos, quia dile-
λαμβάνω. ἀλλ' ἔγνωκα ὑμᾶς, ὅτι τὴν ἀ- 42
ctionem Dei non habetis in vobis ipsis. Ego
γάπην τοῦ θεοῦ οὐκ ἔχετε ἐν ἑαυτοῖς. ἐγὼ 43
veni in nomine patris mei, &
ἐλήλυθα ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ πατρός μου, καὶ
non accipitis me: si alius venit in
οὐ λαμβάνετέ με· ἐὰν ἄλλος ἔλθῃ ἐν τῷ
nomine proprio, illum accipietis. Quomodo
ὀνόματι τῷ ἰδίῳ, ἐκεῖνον λήψεσθε. πῶς 44
potestis vos credere, gloriam ab inui-
δύνασθε ὑμεῖς πιστεῦσαι, δόξαν παρὰ ἀλλή-
cem accipientes, & gloriam quæ à
λων λαμβάνοντες, καὶ τὴν δόξαν τὴν πα-
solo Deo non quæritis? Ne putate
ρὰ τοῦ μόνου θεοῦ οὐ ζητεῖτε; μὴ δοκεῖτε 45

p testimonium perhibent
q qui misit
r testimonium perhibuit
s quæ testimonium perhibent
t Gloriam
u accepistis
x suo,
y qui
z accipietis, est
a Nolite putare

quia ego *accusabo vos apud pa-
ὅτι ἐγὼ κατηγορήσω ὑμῶν πρὸς τὸν πα-
trem: est "accusans vos Moyses,
τέρα· ἔστιν ὁ κατηγορῶν ὑμῶν μωσῆς,
in quo vos speratis. Si enim cre-
46 εἰς ὃν ὑμεῖς ἠλπίκατε. εἰ γὰρ ἐπί-
deretis Moysi, crederetis ‖utique mihi: de enim
στευετε μωσῆ, ἐπιστεύετε ἂν ἐμοί· περὶ γὰρ
me ille scripsit. Si autem illius
47 ἐμοῦ ἐκεῖνος ἔγραψεν. εἰ δὲ τοῖς ἐκείνου
literis non creditis, quomodo meis ver-
γράμμασιν οὐ πιστεύετε, πῶς τοῖς ἐμοῖς ῥή-
bis credetis?
μασι πιστεύσετε;

CAP. VI. ϛ'.

Post hæc abiit Iesus trans
1 Μετὰ ταῦτα ἀπῆλθεν ὁ ἰησοῦς πέραν
mare Galilæa* Tiberia-
τῆς θαλάσσης τῆς γαλιλαίας τῆς τιβεριά-
dis: Et sequebatur eum ♀turba mul-
2 δος· καὶ ἠκολούθει αὐτῷ ὄχλος πο-
ta: quia videbant eius signa quæ faciebat
λὺς ὅτι ἐθεώρουν αὐτοῦ τὰ σημεῖα ἃ ἐποίει
super ‖infirmantibus. Subiit "autem
3 ἐπὶ τῶν ἀσθενούντων. ἀνῆλθε δὲ
in montem Iesus, & ibi sedebat
εἰς τὸ ὄρος ὁ ἰησοῦς, καὶ ἐκεῖ ἐκάθητο
cum discipulis suis. Erat autē pro-
4 μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ. ἦν δὲ ἐγ-
ximum Pascha *festum Iudæorum ‖Attol-
γὺς τὸ πάσχα ἡ ἑορτὴ τῶν ἰουδαίων. ἐπά-
lens ergo Iesus oculos, &
ρας οὖν ὁ ἰησοῦς τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ
♀intuitus quia ‖multa turba venit
θεασάμενος ὅτι πολὺς ὄχλος ἔρχεται
ad eum, dicit ad Philippum,
πρὸς αὐτὸν, λέγει πρὸς τὸν φίλιππον,
Vnde ememus panes, vt manducent hi?
πόθεν ἀγοράσωμεν ἄρτους, ἵνα φάγωσιν οὗτοι;

*quod est

♀ multitudo magna:

‖ his qui infirmabantur. ergo

* dies festus
‖Quum subleuasset

♀ vidisset
‖ multitudo maxima

Hoc autem dicebat tentans eum: ipse
τοῦτο δὲ ἔλεγε πειράζων αὐτόν· αὐτὸς 6
enim sciebat quid *futurus* esset *facere. Respondit ei
γὰρ ἤδει τί ἔμελλε ποιεῖν. ἀπεκρίθη αὐτῷ 7
Philippus: Ducentorum denariorum panes nō
Φίλιππος· διακοσίων δηναρίων ἄρτοι οὐκ
sufficiunt eis, vt vnusquisque eorū mo-
ἀρκοῦσιν αὐτοῖς, ἵνα ἕκαστος αὐτῶν βρα-
dicū quid accipiat. Dicit ei vnus ex
χύ τι λάβῃ. λέγει αὐτῷ εἷς ἐκ τῶν 8
discipulis eius, Andreas frater Simonis
μαθητῶν αὐτοῦ ἀνδρέας ὁ ἀδελφὸς σίμωνος
Petri: Est puer*ulus* vnus hîc, qui habet quinque
πέτρου· ἔστι παιδάριον ἓν ὧδε ὃς ἔχει πέντε 9
panes hordeaceos, & duos piscicul*os*: sed hæc
ἄρτους κριθίνους, καὶ δύο ὀψάρια· ἀλλὰ ταῦ-
quid sunt inter tot? Dixit *autem* Ie-
τα τί ἐστιν εἰς τοσούτους; εἶπε δὲ ὁ ἰη- 10
sus: Facite homines discumbere.
σοῦς, ποιήσατε τοὺς ἀνθρώπους ἀναπεσεῖν.
erat autē fœnum multum in loco: discubuerūt
ἦν δὲ χόρτος πολὺς ἐν τῷ τόπῳ· ἀνέπεσον
ergo viri *numerum quasi quinque
οὖν οἱ ἄνδρες τὸν ἀριθμὸν ὡσεὶ πεντακι-
millia. Accepit *autem* panes Iesus, &
χίλιοι. ἔλαβε δὲ τοὺς ἄρτους ὁ ἰησοῦς, καὶ 11
gratias *agens* distribuit discipulis,
εὐχαριστήσας † διέδωκε τοῖς μαθηταῖς, οἱ
at discipuli discumbentibus: similiter &
δὲ μαθηταὶ τοῖς ἀνακειμένοις· ὁμοίως καὶ
ex *piscicul*is quantum volebant. Vt autē im-
ἐκ τῶν ὀψαρίων ὅσον ἠθέλον. ὡς δὲ ἐνε- 12
pleti sunt, *dicit discipulis suis: Col-
πλήσθησαν, λέγει τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, συν-
ligite *superabundantia* fragmenta, vt
αγάγετε περισσεύσαντα κλάσματα, ἵνα
non quid pereat. Collegerunt ergo, & im-
μή τι ἀπόληται. συνήγαγον οὖν, καὶ ἐγέ- 13
pleuerunt duodecim cophinos fragmentorum
μισαν δώδεκα κοφίνους κλασμάτων, ἐκ τῶν

quin-

*futurus.

pisces:

tantos? ergo

*numero

ergo

quum egisset,

† διαδίδωμι

*piscibus

dixit

quæ superauerunt ne pereant.

quinque panibus hordeaceis, quæ superfuerunt
πέντε ἄρτων τῶν κριθίνων ἃ ἐπερίσσευσε τοῖς
*comedentibus. Illi ergo homines ‖videntes
14 βεβρωκόσιν. οἱ οὖν ἄνθρωποι ἰδόντες
quod fecerat signum Iesus, dicebant, Quia
ὃ ἐποίησε σημεῖον ὁ ἰησοῦς, ἔλεγον, ὅτι
hic est verè Propheta ϙ venturus
οὗτός ἐστιν ἀληθῶς ὁ προφήτης ὁ ἐρχόμενος
in mundum. Iesus ergo cognoscens quòd
15 εἰς τὸν κόσμον. ἰησοῦς οὖν γνοὺς ὅτι
futuri essent venire & rapere eum,
μέλλουσιν ἔρχεσθαι καὶ ἁρπάζειν αὐτὸν,
vt facerent eum regem, *recessit
ἵνα ποιήσωσιν αὐτὸν βασιλέα, ἀνεχώρησε
iterum in montem ipse solus. Vt autem ϙ
16 πάλιν εἰς τὸ ὄρος αὐτὸς μόνος. ὡς δὲ
serum factum est, descenderunt discipuli eius
ὀψία ἐγένετο, κατέβησαν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ
ad mare Et ‖ascendentes in
17 ἐπὶ τὴν θάλασσαν· καὶ ἐμβάντες εἰς τὸ
navim, venerunt trans mare in
πλοῖον, ἤρχοντο πέραν τῆς θαλάσσης εἰς
Capharnaum: & tenebræ iam factæ erant, &
καπερναούμ. καὶ σκοτία ἤδη ἐγεγόνει, καὶ
non venerat ad eos Iesus. Et
18 οὐκ ἐληλύθει πρὸς αὐτοὺς ὁ ἰησοῦς. ἥ τε
mare vento magno flante, exur-
θάλασσα ἀνέμου μεγάλου πνέοντος διη-
gebat. *Proceßi ergo quasi stadia
γείρετο. † ἐληλακότες οὖν ὡς σταδίους
19 vigintiquinque aut triginta vident Ie-
εἰκοσιπέντε ἢ τριάκοντα, θεωροῦσι τὸν ἰη-
sum ambulantem supra mare, &
σοῦν περιπατοῦντα ἐπὶ τῆς θαλάσσης, καὶ
‖prope navem factum, & timuerunt.
ἐγγὺς τοῦ πλοίου γινόμενον, καὶ ἐφοβήθησαν.
Ille autem dicit eis: Ego sum, ‖ne time-
20 ὁ δὲ λέγει αὐτοῖς· ἐγώ εἰμι, μὴ φοβεῖ-
re. Voluerunt ergo accipere eum in na-
σθε. ἤθελον οὖν λαβεῖν αὐτὸν εἰς τὸ πλοῖ-

*his qui mãducauerant.
‖ quum vidissent
ϙ qui est
‖ quum cognouisset quia venturi essent vt raperent
' &
* fugit
ϙ serò
‖ quum ascẽdissent
' autem
* Quum remigassent
† ἐλαύνω
ϙ proximum naui fieri
‖ nolite timere

uim, & statim nauis ¶ *facta est* ad terram
ον, καὶ εὐθέως τὸ πλοῖον ἐγένετο ἐπὶ τῆς γῆς
in quam ibant. ¶ *Postridie* turba
εἰς ἣν ὑπῆγον. τῇ ἐπαύριον ὁ ὄχλος ὁ 22
constituta trans mare, *videns* quia na-
ἑστηκὼς πέραν τῆς θαλάσσης, ἰδὼν ὅτι πλοι-
uicula alia non erat ibi, *si non* vna *illa in*
άριον ἄλλο οὐκ ἦν ἐκεῖ, εἰ μὴ ἓν ἐκεῖνο εἰς
quam intrarant discipuli eius, & quia non
ὃ ἐνέβησαν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, καὶ ὅτι οὐ
simul introisset cum discipulis suis Iesus in
συνεισῆλθε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ ὁ Ἰησοῦς εἰς
nauiculam, sed soli discipuli eius
τὸ πλοιάριον, ἀλλὰ μόνοι οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ
abiissent. Aliæ verò superuenerunt naues à Ti-
ἀπῆλθον. ἄλλα δὲ ἦλθε πλοιάρια ἐκ τι-
beriade iuxta locum vbi manducauerãt pa- 23
βεριάδος ἐγγὺς τοῦ τόπου ὅπου ἔφαγον τὸν ἄρ-
nem, gratias *agente* Domino. Quum ergo vi-
τον, εὐχαριστήσαντος τοῦ κυρίου. ὅτε οὖν εἶ-
disset turba quia Iesus non esset ibi, neque 24
δεν ὁ ὄχλος ὅτι Ἰησοῦς οὐκ ἔστιν ἐκεῖ, οὐδὲ οἱ
discipuli eius, ascenderunt *pro* in nauiculas,
μαθηταὶ αὐτοῦ, ἐνέβησαν αὐτοὶ εἰς τὰ πλοῖα,
& venerunt *in* Capharnaum, quærentes Iesum.
καὶ ἦλθον εἰς Καφαρναούμ, ζητοῦντες τὸν Ἰησοῦν.
Et *inuenientes* eum trans mare, dixerunt
καὶ εὑρόντες αὐτὸν πέραν τῆς θαλάσσης, εἶπον 25
ei: Rabbi, quando huc *factus es*? Respondit
αὐτῷ· ῥαββί, πότε ὧδε γέγονας; ἀπεκρίθη 26
eis Iesus, & dixit: Amen amen dico
αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, καὶ εἶπεν, ἀμὴν ἀμὴν λέγω
vobis, Quæritis me, non quia vidistis signa, sed
ὑμῖν, ζητεῖτέ με, οὐχ ὅτι εἴδετε σημεῖα, ἀλλ'
quia manducastis ex panibus, & saturati estis.
ὅτι ἐφάγετε ἐκ τῶν ἄρτων, καὶ ἐχορτάσθητε.
Operamini non cibum *perman-*
ἐργάζεσθε μὴ τὴν βρῶσιν τὴν ἀπολλυ- 27
tem, sed *cibum manentem*
μένην, ἀλλὰ τὴν βρῶσιν τὴν μένουσαν

¶ quum inuenissent
¶ venisti?
¶ qui prtit,
¶ qui permanet

¶ fuit
¶ Altera
¶ quæ stabat
¶ vidit
¶ nisi
¶ cum
¶ nauim,
¶ agentes

in vitam æternam, quem filius hominis vo-
εἰς ζωὴν αἰώνιον, ἣν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ὑ-
bis dabit: hunc enim pater signauit
μῖν δώσει· τοῦτον γὰρ ὁ πατὴρ ἐσφράγισεν ὁ
Deus. Dixerunt ergo ad eum: Quid faciemus,
28 θεός. εἶπον οὖν πρὸς αὐτόν, τί ποιοῦμεν,
vt operemur opera Dei? Respon-
ἵνα ἐργαζώμεθα τὰ ἔργα τοῦ θεοῦ; ἀπεκρί-
29 dit Iesus & dixit eis: Hoc est o-
θη ὁ ἰησοῦς καὶ εἶπεν αὐτοῖς, τοῦτό ἐστι τὸ ἔρ-
pus Dei, vt credatis in *quem mi-
γον τοῦ θεοῦ, ἵνα πιστεύητε εἰς ὃν ἀπέστει-
sit ille. Dixerunt ergo ei: Quod ergo facis
30 λεν ἐκεῖνος. εἶπον οὖν αὐτῷ, τί οὖν ποιεῖς
tu signum, vt videamus & credamus tibi? quod
σὺ σημεῖον, ἵνα ἴδωμεν καὶ πιστεύσωμέν σοι; τί
operaris? Patres nostri manna mãducauerũt
31 ἐργάζῃ; οἱ πατέρες ἡμῶν τὸ μάννα ἔφαγον
in deserto, sicut est scriptum, Panem
ἐν τῇ ἐρήμῳ, καθώς ἐστι γεγραμμένον, ἄρτον
de cælo dedit eis manducare. Dixit
32 ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἔδωκεν αὐτοῖς φαγεῖν. εἶπεν
ergo eis Iesus: Amen amen dico vobis,
οὖν αὐτοῖς ὁ ἰησοῦς, ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν,
non Moyses dedit vobis panem de cæ-
οὐ μωσῆς δέδωκεν ὑμῖν τὸν ἄρτον ἐκ τοῦ οὐρα-
lo, sed pater meus dat vobis panem
νοῦ, ἀλλ' ὁ πατήρ μου δίδωσιν ὑμῖν τὸν ἄρτον
de cælo verum. Nam panis
33 ἐκ τοῦ οὐρανοῦ τὸν ἀληθινόν. ὁ γὰρ ἄρτος
Dei est ‖ ille descendens de cælo, &
τοῦ θεοῦ ἐστιν ὁ καταβαίνων ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ
vitam ‖ dans mundo. Dixerunt ergo ad
34 ζωὴν διδοὺς τῷ κόσμῳ. εἶπον οὖν πρὸς
eum: Domine, semper da nobis panem hũc
αὐτόν, κύριε, πάντοτε δὸς ἡμῖν τὸν ἄρτον τοῦ-
Dixit autem eis Iesus: Ego sum pa-
35 τον. εἶπε δὲ αὐτοῖς ὁ ἰησοῦς, ἐγώ εἰμι ὁ ἄρ-
nis vitæ: *venientes ad me, non
τος τῆς ζωῆς. ὁ ἐρχόμενος πρός με, οὐ μὴ

*eum

ρenim

‖ qui descendit

‖ dat

*qui venit

q qui credit
esuriet: & q credens in me, non si-
πεινάσει· καὶ ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, οὐ μὴ δι-
tiet vnquam. Sed dixi vobis, quia
ψήσει πώποτε. ἀλλ' εἶπον ὑμῖν, ὅτι 35
q credidistis.
& vidistis me, & non q crediis.
καὶ ἑωράκατέ με, καὶ οὐ πιστεύετε.
Omne quod dat mihi pater, ad me
πᾶν ὃ δίδωσί μοι ὁ πατὴρ, πρὸς ἐμὲ 36
q eũ qui venit
venet: & q venientem ad me non eii-
ἥξει. καὶ τὸν ἐρχόμενον πρός με οὐ μὴ ἐκ-
ciam foras. Quia descendi de cæ-
βάλω ἔξω. ὅτι καταβέβηκα ἐκ τοῦ οὐ- 38
lo, non vt faciam voluntatem meam,
ρανοῦ, οὐχ ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα τὸ ἐμὸν,
sed voluntatem ||mittentis me. Hæc
ἀλλὰ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με. τοῦτο 39
*enim
*autem est voluntas ||mittentis me pa-
δὲ ἐστὶ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με πα-
tris, vt omne quod dedit mihi, non perdam
τρὸς, ἵνα πᾶν ὃ δέδωκέ μοι, μὴ ἀπολέσω
ex eo: sed ||resuscitabo illud in nouis-
ἐξ αὐτοῦ· ἀλλὰ ἀναστήσω αὐτὸ ἐν τῇ ἐσχα-
simo die. Hæc autem est voluntas *mit-
τῇ ἡμέρᾳ. τοῦτο δέ ἐστι τὸ θέλημα τοῦ πέμ 40
|| resuscitem
* Patris mei qui misit
tentis me, vt omnis ||videns filium, &
ψαντός με, ἵνα πᾶς ὁ θεωρῶν τὸν υἱὸν, καὶ
|| qui videt
"credit
"credens in eum, habeat vitam æternam: &
πιστεύων εἰς αὐτὸν, ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον· κὴ
resuscitabo eum ego*
*in
nouissimo die.
ἀναστήσω αὐτὸν ἐγὼ τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ.
Murmurabant ergo Iudæi de illo, quia di-
†γογγύζω
† ἐγόγγυζον οὖν οἱ Ἰουδαῖοι περὶ αὐτοῦ, ὅτι εἶ- 41
q viuus qui descendi
xisset: Ego sum panis q descendens de cæ-
πεν· ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος ὁ καταβὰς ἐκ τοῦ οὐ-
lo. Et dicebant: Nonne hic est Iesus
ρανοῦ. καὶ ἔλεγον, οὐχ οὗτός ἐστιν Ἰησοῦς ὁ 42
filius Ioseph, cuius nos nouimus patrem
υἱὸς Ἰωσήφ, οὗ ἡμεῖς οἴδαμεν τὸν πατέρα
& matrem? quomodo ergo dicit hic, quia
καὶ τὴν μητέρα; πῶς οὖν λέγει οὗτος, ὅτι

de

de cælo
43 ἐκ τοῦ οὐρανοῦ
ergo Iesus, &
οὖν ὁ Ἰησοῦς, κα
rate cum alij
44 ζετε μετ' ἀλλ
venire ad me,
ἐλθεῖν πρός με,
tens me, traxerit
ψας με, ἑλκύσῃ
eum *nouis
45 αὐτὸν τῇ ἐσχά
ptum in P
μῷ· καὶ ἔσονται πα
nes docibiles
τες διδακτοὶ τοῦ
à patre,
πρὸς τοῦ πατρὸς
me. Non quia
46 με. οὐχ ὅτι
dit, "si non existen
κεν, εἰ μὴ ὁ ὢν
dit patre
47 ρακε τὸν πατ
vobis, *Creden
ὑμῖν, ὁ πιστεύω
nam. Ego sum
48 νιον. ἐγώ εἰμι
Patres
49 οἱ πατέρες
deserto, &
50 τῇ ἐρήμῳ, κὴ
panis de
ἄρτος ὁ ἐκ τοῦ
quis ex ipso ma
τις ἐξ αὐτοῦ φ
Ego sum pa
51 ἐγώ εἰμι ὁ ἄ
lo [descendens:
νοῦ καταβάς.

de cælo descendi? Respondit
43 ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβέβηκα; ἀπεκρίθη
ergo Iesus, & dixit eis: ¶Ne murmu-
οὖν ὁ ἰησοῦς, καὶ εἶπεν αὐτοῖς, μὴ γογγύ-
rate cum alij aliis. Nemo potest
44 ζετε μετ' ἀλλήλων. οὐδεὶς δύναται
venire ad me, ‖si non pater *mis-
ἐλθεῖν πρός με, ἐὰν μὴ ὁ πατὴρ ὁ πέμ-
tens me, traxerit eum: & ego resuscitabo
ψας με, ἑλκύσῃ αὐτόν· καὶ ἐγὼ ἀναστήσω
eum *nouissimo die. Est scri-
45 αὐτὸν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ. ἔστι γεγραμ-
ptum in Prophetis, Et erunt om-
μένον ἐν τοῖς προφήταις, καὶ ἔσονται πάν-
nes docibiles Dei. omnis ¶igitur audiens
τες διδακτοὶ θεοῦ. πᾶς οὖν ὁ ἀκούων
à patre, & ‖discens, venit ad
παρὰ τοῦ πατρὸς καὶ μαθών, ἔρχεται πρός
me. Non quia patrem quisquam vi
46 με. οὐχ ὅτι τὸν πατέρα τις ἑώρα-
dit, *si non existens à Deo: hic vi-
κεν, εἰ μὴ ὁ ὢν παρὰ τοῦ θεοῦ οὗτος ἑώ-
dit patrem. Amen amen dico
47 ρακε τὸν πατέρα. ἀμὴν ἀμὴν λέγω
vobis, *Credens in me, habet vitam *æter-
ὑμῖν, ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, ἔχει ζωὴν αἰω-
nam. Ego sum panis vitæ.
48 νιον. ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος τῆς ζωῆς.
Patres vestri manducauerunt mãna in
49 οἱ πατέρες ὑμῶν ἔφαγον τὸ μάννα ἐν
deserto, & mortui sunt. Hic est
